



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

4. Pollutio Ecclesiaru[m] quinque modis euenit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

ex proposito patratum mortale est peccatum, & maius censetur inferre damnum, ex accidenti quam simplex futum.

Vide supra dicta de Incendiariis
Qui teste etiam Less. l. 2. c. 45.
dub. 4. n. 21. Contra communem Canonistarum ipso facto non sunt excommunicati.

IV. Pollutio Ecclesiæ, vel Cæmeterii per effusionem sanguinis & seminis.

Quinque modis polluitur Ecclesia consecrata 1. per iniuriosam humani sanguinis effusionem scilicet in notabili quantitate [A] inde non sufficit duas vel tres guttas elicere, nec Ecclesiæ pollutio tantum sequitur ex sanguine decidente in pavimentum, sed multò magis ex iniuriosa læsione, quæ effusionem causat 2. per iniuriosam hominis occisionem, etiam si nullus eliciatur sanguis v. g. suffocatione, laqueo &c. [B] 3. per illicitam hu-

manū

¶76 Tractat. Practici.

mani seminis effusionem voluntariè factam [C] 4. per sepulturam excommunicati (hodie qui est tantum nominatim denuntiatus, aut notorius percussor Clerici) [D] 5. per Sepulturam pagani, infidelis, idest non Baptizati.

[A] Cap. Si Ecclesia. de Consecr. Eccle: ex communis DD. [B] Cap. Proposuisti. eodom tit. subsecutâ morte. [C] Cap. si Ecclesia. cum communi si nimis propaletur pollutio, vel evidentia facit, vel confessione rei. D. Cap. Consulisti. tit. eodē ex Cap. Ecclesiā 1. ex 2. eodem,

Debet porro effusio sanguinis esse coniuncta cum peccato mortalī, ita ut etiam si profusio sanguinis sit copiosa, & percussio venialis, non sequitur Ecclesiæ, vel Cœmiterii pollutio (pollutâ Ecclesiâ polluitur etiā concomitanter cœmier ium contiguum, non tamen vice uersâ, & illâ reconciliatâ, re-

con-

conciliatum est, *Sa. V. Ecclesia. n. 22.*)
si verò percussio sit grauis, & facta
in Ecclesia, siue intra, siue extra
sanguis postea effundatur, viola-
tur Ecclesia. Præterea effusio se-
minis debet esse voluntaria, &
lethaliter illicita, siue fiat a viro,
siue a fœmina per pollutionem,
copulam, & secundum plerosque
etiam coniugalem (nisi diuturna
necessitas habitandi in templo
excuset) propter indebita circum-
stantiam loci, id est reuerentiam
& sanctitatem. Excipe tamèn mo-
dicam humectationem, seu distilla-
tionem, aut effusionem, si extra Ec-
clesiam accidat v. g. in turri, tecto,
spelunca, sub paumento Ecclesiæ,
aut pollutionem inuoluntariam
indirectè in somno, & deniq; quâ-
cunq; animalium turpitudinem.

V. Violatio immunitatis & li-
bertatis Ecclesiasticæ.

I 4 Triplex